



**A**Thislus magna corporis et animi uirtute p̄-  
ditus Sueonū rex extitit, anno mundi termil-  
lesimo quingentesimo tricesimo. Hic cum finiti-  
mos late bello pressisset, ne partum uirtutibus ful-  
gorem otio desidiaꝝ corrupendum relinque-  
ret, sese indies in armis exercuit, atq; solus hinc in-  
de incedens magnum fortitudinis nomē sibi com-  
parauit. Tantam quippe nullius rei uiolentiam exi-  
stimabat, ut eius obiectu mentis suę robur quassan-  
dum timeret. Itaq; in Daniam traiciēs, Frouinum  
Slesuicēsem præfectum acie prouocauit, atq; cum  
eo prælium iniit. Accidit autem ipsos agminū du-  
ces ita inter se ferro concurrere, ut rem duelli mo-

do prosequerentur, & præter publici belli sortem priuati cōflictus specie de-  
certarent. Quo euenit, ut crebrescentibus utrinq; plagis, Athislus armis supe-  
rior prostrato Frouuino priuatæ uictoriæ publicam iungeret, passimq; diuul-  
sa Danorum agmina profligaret. Inde Suetiam reuersus Frouuini necem nō  
solūm, pro more antiquissimorum Teutonum, uirtutum suarum imaginibus  
adscripsit, uerū etiam uerborum iactantia prosequi consueuit. Cum etiam  
intellexisset à rege Vueremundo Ketonem et Vuigonem in patris locū Sles-  
uicensium præfectos ordinatos, cum magno exercitu in Daniam redijt, atq;  
totum illud regnū occupare statuit. Verū uirtute Folconis, qui copijs Da-  
norum præfectus erat, re infecta domum redijt.